DECISIONES ROTÆ ROMANÆ FRANCISCI CARD. MANTICA.

A GERMANICO MANTICA Protonotario Apoſt. vtriuſq; Sign. Referend. eius ex fratre nepote, in lucem edita.

EDITIO POSTREMA, A MENDIS PLVRIBVS, QVÆ PRIVS IRREPSERANT, quàm fieri potuit diligentiſſimè emundata.

Coloniæ Allobrogum.

E Typographia PETRI AVBERTI.

M. DC. X X.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Principi

SCIPIONI BVRGHESIO

S. R. E. CARDINALI

Ampliſsimo

GERMANICVS MANTICA F. P.

NVNQVAM mihi venit in mentem Cardinalis Ampliſsime, tuam in me humanitatem aliquâ grati animi ſignificatione munerari. nam vt gratus quis aduerſus te ſit obſtat felicitas tua. Quin potius illud optare tibi, ac vouere ſoleo, quod eſſe pulcherrimum votum quidam ſapientium dicebat, vt in eo ſtatu ſis, quo ſemper in alios beneficus eſſe, nullius in te deſiderare beneficentiam poſsis. Non tamen propterea prætermittendam mihi vllam putaui occaſionem, quâ addictum tibi animum meum, quâ poſſem ratione teſtarer. & verò res in præſentia cecidit haud incommodè. Deciſiones Romanæ Rotæ à Franciſco Mantica S.R.E. Cardinali patruo meo conſcriptas domi complures habebam ſparſim degentes, & propemodum vagas, eas optimum factu vi-

DECISIONES
ROTÆ ROMANÆ
FRANCISCI
CARD. MANTICA
Vtinenſis.

Neapolitana matrimonij.

Veneris 27. Februarij 1587.

SVMMARIVM.

1 *Sponſus preciſè cogi non poteſt contrahere matrimonium cum ſponſa: ſed moneri ſub pœnis cenſurarum.*

2 *Matrimonia debent eſſe libera.*

3 *Fidem promiſſam ſeruare non tenetur, cui fides non ſeruatur, quamuis præſtiterit iuramentum, n. 4.*

5 *Oblatio rei immobilis non ſufficit, ſi pecunia numerata debetur.*

6 *Solui aliud pro alio inuito creditore non poteſt.*

7 *Offerre quis debet eam ſpeciem, quam promiſit.*

8 *Agere non poteſt ex contractu correſpectiuo, qui ex parte ſua perfectè non impleuit.*

DECISIO I.

FVIT à Dominis reſolutum, oblationem factam à D. Aurelia matre Iſabellæ Filoſæ; pro implemento non ſufficere: & conſequenter eam promiſſionis cecidiſſe commodo con-
1 tractus, & Philippum Palumbum non teneri cum ea contrahere matrimonium; quoniam ipſe præcisè cogi non potuit dictam Iſabellam ducere in vxorem; ſed ſolùm moneri ſub pœnis cenſurarum, c. ex litteris, &c. requiſiuit, de ſponſalib. nam
2 libera debent eſſe matrimonia, c. cum locum, & c. Gemma, de ſponſ. & l. Titia, in princ. de verb. oblig. Couar. in epitom. lib. 4. decretal. p. 1. cap. 4. n. 4. & 5. Quamobrem, cum fuerit admonitus, & ſe paratum di-
3 xerit fidem implere, dummodò ipſa quoque promiſſam fidem impleat; neque intra tempus præſtitutum adimpleuerit, à vinculo obligationis debet abſolui, l. Julianus, §. offerri, ff. de actio. emp. nam fruſtra quis fidem ſibi ab eo ſeruari poſtulat, cui fidem non ſeruauit, c. fruſtra de reg. iur. lib. 6. nam frangenti fidem fides frangi poteſt, l. cum proponas, la 2. C. de pac. Bart. per illum tex. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca.